

18. Febris
1349 et XLV. Kal. Febris.

Ex Mus. Arch. Stom. Aug. Regni.
Collect. Dogelii

303.

30. *Litterae Clementis VI. ad Kerstutum Ducem Lithuanie, qui
bus eum ad fidem Christianam sollicitat, Titulumque Regis
promittit post susceptum Baptismum.*

80

*Nobilibus Viris Kerstuto, ejusq. germanis Ducibus Lithuanonum
veram fidem agnoscere, et agnitam custodire.*


*Gaudemus, et exultamus in Domino, quod ipse, qui est vera lux
illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, cordibus
Vestris, lumen verae lucis infundens, sic illa veritatis radio illustravit.
Quod sicut carissimo in Christo Filio Nostro Casimiro Rege Polo-
nie Illustri, Nobis intimante percipimus, vos caecae paganitatis expur-
gatis erroribus, et tenebris effugatis Fidei veritatem, una cum Subditis
Vobis Populis nonnullis grassibus propebatis; de quo ei, qui ad liberandum
susceptorus hominem non horruit ergastula uteri Virginalis, quique
devicto mortis aculeo, aperuit credentibus Regna caelorum, laudes, et
gratias referentes, ipsum in humilitate spiritus suppliciter exora-
mus et petimus, ut vos in hac zelus rectitudine, in hoc fervore Spiritus,
in hac veritatis puritate confortans, det vobis sui verae fidei lumen,
vere agnoscere, ut renati fonte baptismatis, una cum eisdem Populis
caelestis Regni gaudia possitis in Domino promereri.*

*Agite itaque Viri fortes, quod de vobis eodem Rege significanter per-
cepimus.*

*Agite id, ad quod gratia Divina praecambula dicimini vos preparare.
Festinate ad sempiterna Salutis premia, ad gaudia felicitatis aeter-
nae, concite propebate, ut ille, a quo omnis ubique potestas est, et in hoc
Mundo vos potentiores efficiat, et post huius incerta, ac labilis vi-
tae cursum, inter Sanctos et electos suos, in tabernacula inde-
ficientis gloriae pius et misericors introducat;*

*Tenentes in dubio, quod vos dictosq. Populos, postquam purificati
unda baptismatis nostrae Fidei, receptis Documenta, intendimus
perstante Deo, apostolicis communitate presidio favoribus proce-
qui, et auxiliis confovere; Vosque ac Successores Vestros titulo Re-*

Italiae. Lituanie

gio


gis insignire, et Regalibus insigniis Decorare, ac in Vestris incun-
tere et conservare Juribus et tueri.

Ut autem ad cognitionem ejusdem Fidei, citius et rectius pervenire possi-
tis, Venerabili Fratri Meo Archiepiscopo Gnesnensi, per alias Literas
Nostras damus expressius in Mandatis, quod Ipse Sacerdos Dei e-
ruditos in lege Domini, ad Vos cito mittere studeat, qui Vos Baptisma-
tis unda regenerent, in eadem fide instruant, dirigant et informant;
ut, jactis per eos in Vobis ejusdem Fidei solidis fundamentis san-
ctum Domini crescatis in Templum, et qui dudum eratis Filii tenebra-
rum, nunc per Vestre regenerationis Lavacrum, sitis lucis Filii,
et hereditatis Domini Coheredes.

Datum apud Villam Novam Avinionensis Diocesis XIV. Kal.
Octobr. Anno VII.